



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

V. De Interceßione Sanctorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Hoc est, Errare me fecerunt Dij, seu eduxerunt me Dij. Nam & nomen (Dij) & uerbum (eduxerunt seu fecerunt errare) sunt pluralis numeri. Cum autem Dominus Deus noster unus sit Deus, sequitur plures in una essentia diuina personas esse.

IIII.

PECCATVM NON
remittitur, nisi ablatum re-
stituatur.

Verissima est Regula, Peccatum non remittitur, nisi ablatum restituatur. Nam qui contra conscientiam retinet uel furto ablatum, uel coniugem alteri ereptam, is non abiicit propositam peccandi, nec habet ueram contritionem. Estq; hæc restitutio ablati uel satisfactio, opus à Deo mandatum & debitum, & pars contritionis. Nec patrocinatorum canonicis satisfactionibus Monachorum, quas definerunt esse opera indebita seu non mandata, quæ mereantur remissionem pœnarum purgatorij, & aliarum temporalium. Hic tota doctrina de Satisfactione repetitur.

V.

DE INTERCESSIO-
ne Sanctorum.

Non dubium est Sanctos & in hac uita & in
eterna

æterna orare pro tota Ecclesia, & singulis membris
 Ut hic Abraham orat pro Abimelech, & liberatio-
 nem ex pœna ipsi impetrat, & quotidie in Ecclesia
 solent fieri preces pro Magistratibus & cano-
 nicis ordinibus. Sed hinc non sequitur Sanctos in-
 tuos inuocandos esse. Nam inuocatio absentis im-
 petit omnipotentiam inuocato, & est cultus soli Deo
 tribuendus, ut dicitur, Dominum Deum tuum adora-
 rabis, & illi soli seruias, ut in doctrina de Inuoca-
 tione copiosius dicitur.

TEXTVS.

Vere Soror mea est.) uel Neptis ex parte
 meo Aran, qui eundem mecum patrem, uel
 Thare habuit, sed non eandem matrem, uel filia
 tris mei adoptiua, ut Lutherus infra capite
 enarrat.

Hoc erit tibi in Velamen.) Sic ueritas
 est. Certè ipse est in uelamen oculorum tibi & in
 nibus tuis, id est, Abraham est protector pauperum
 tui, Quicumq; scit te ipsius uxorem esse, aueriet oculos
 los à te, & ab ancillis tuis.

CAPVT XXI.

LOCI PRÆCIPVI.